



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

40. Quis in die Sabbathi accessit ad confitendum, sed ob angustiam  
temporis Confessarius distulit confessionem post transactum Iubilæum:  
quæritur an possit absolvi à casibus reservatis post tempus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

amicissimum P. Naldum in summ. ver. Indulgencia, n. 14.  
vbi sic ait: Indulgentiam Iubilaei confecetur posse  
partem tantum operum implere in prima hebdomada,  
& partem in secunda, solet plerumque ambigi, quod  
& tunc contingit occasione praesentis Iubilaei, in quo  
dicitur (opera quaedam esse praestanda in 4. & 6. feria,  
& Sabbato eiusdem, vel sequentis hebdomadae) &  
cum contraria de hoc essent opiniones Doctorum,  
nouissime consuli Patres sacrae Poenitentiariæ Romanae  
responderunt pro parte affirmativa nempe posse  
partem operum impleri in prima hebdomada, &  
partem in secunda, & hoc procedit ex sola poenitentie  
libera voluntate, & ab aliis vila Confessarij legiti-  
tima concessione obtenta, id est, absque alia speciali  
causa protogrationis per Confessarium approbat, ita  
enim innunt verba superius posita in hoc Iubilao  
anno 1620. sic etiam declaratum fuit in prorogatione  
eiusdem Iubilaei Roma facta pro 3. hebdomada lin-  
guia Italica, & haec mihi testatus est Illustr. & Reuer.  
D. Gypsius Episcop. Arimin. modernus Virbis Guber-  
nator vigilansissimus, suis ad me literis sub dat. Romæ  
die 7. Martij anni prædicti, qui sane dignissimus Praef-  
cul paucis post annis interiectis Cardinalatus honore  
decoratus fuit. Ita Naldus vbi supra.

## RESOL. XXXVIII.

*Quis noluit lucrari Iubilium, & in secunda hebdomada die sabbatho à Deo inspiratus mutat propositum; queritur, an possit absoluī à resveratis, & lucrari Iubilium?*  
Et an si aliquis omnia opera iniuncta pro consequendo Iubilao fecisset, & mane die Dominico vellet confiteri, & sacram Eucharistiam sumere, sed inaduertenter, & incuria aliquid cibi deglutiuit, vel bibit, an, hoc non obstante, possit lucrari Iubilium, & absoluī à resveratis; vel in dicto casu quid est faciendum? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 151. alias 152.

*Sup. conten-* §. 1. **R**espondeo affirmatiū dummodo commuten-  
tis in hoc §. tur ieiunia in communionem, nam elemosyn-  
sup. in Ref. 25. & 26. & nam, visitationem, & orationem, potest facere die Do-  
in Ref. 32. §. minico. Ratio est, quia iam tempore debito confiteri,  
Dico quatu- non enim obligatus erat confiteri ante Sabbathum,  
to, &c. & inf. nam poterat manē die Dominico, & in tali casu cum  
in Ref. seq. ipso proceditur, ac si fuisset impensis ad ieiunium,  
eius doct. Et ita docent Lauordus de Iubilao, part. 1. capit. 2. 1.  
num. 53. & Sanctarellus de Iubilao, cap. 7. dubitat. 1.  
licet penes ipsum Pinellus, & Sanchez contrarium teneant.

Pro conten- 2. Sed queret quis hic obiter, an si aliquis omnia  
to hoc §. opera iniuncta pro consequendo Iubilao fecisset, &  
vlt. inf. in mane die Dominico vellet confiteri, & sacram Eucha-  
tribus vlti- ristiam sumere, sed inaduertenter, & incuria aliquid  
mis lin. Ref. 52. cibi deglutiuit, vel bibit, an hoc non obstante, possit  
lucrari Iubilium, & à resveratis absoluī? Respondeo  
affirmatiū, nam in tali casu Confessarius potest com-  
munionem, quam tenebatur facere in aliud opus pium  
communare, & ita docet Sanctarellus de Iubilao, cap. 7.  
dub. 1. Graffius in append. lib. 2. c. 5. n. 50. & Henriquez  
lib. 7. cap. 10. n. 8. in fine.

## RESOL. XXXIX.

*In ultimo Iubilao Pauli V. Pontificis Maximi fuit orta magna dissensio inter Theologos, an qui die Dominico confiteri, satisfaceret Iubilao?* Ex part. 2. tract. 1. & Mis. 1. Ref. 28.

*Quoad hoc* §. 1. **R**euerendissimus simul & doctissimus Domi-  
supr. ex Ref. nus D. Franciscus de la Riba Vicarius Gene-

ralis Illustrissimi Cardinalis ab Auria Archiepiscopi  
subtiliter & solidè, vt in omnibus semper soleret, ne  
garium sententiam sustinebat, & licet tunc pro illius  
opinione, rationes inueniebam, non autem autho-  
res; tandem inueni illam sententiam docere Fillius  
in quesit. moral. tom. 1. tract. 8. cap. 10. n. 272. vbi respon-  
dens ad nostrum quæsitus, ait: Fertur Clem. VIII. de  
hoc interrogatum respondisse non satisfacere, & vi-  
gore sui Iubilaei non posse poenitentem absoluī à re-  
sveratis in die Dominico unde expirabit quod hanc  
facultatem, media nocte Sabbathi. Concessit tamen  
Poenitentiarii S. Petri, vt absolverent etiam die Domini-  
co, quod etiam fertur prædictissime Innocent. I. X. cui-  
dam Episcopo idem petenti. Itaque de rigore textus,  
confessio debet fieri ante diem Dominicum, dicitur  
enim intra hoc tempus primæ, scilicet, vel secunde  
hebdomadæ confiteantur, & Dominicæ prima, vel se-  
cunda sumptu Eucharistiæ. In die Dominicæ tamen  
quo solet promulgari, non videtur dubium, confi-  
cionem in illo factam valere à tempore post publica-  
tionem. Hæc Fillius. & hanc sententiam docet etiam  
Portel in dubiis, Regularium, tom. 1. ver. indulgentia, n.  
6. & inclinat nosfer Alphonius de Leone trax. de  
Iubilao, p. 1. sect. 4. n. 161.

2. Atramen tunc sustinui, & nunc etiam teno  
contrariam sententiam esse probabilem, quam docet,  
& tenet multis citatis, Sebastianus A Costa in expo.  
Bull. Cruc. q. 14. dub. 3. vbi assit. Dubitatur tertio,  
utrum in aliquibus Iubilariis, qua confessionem intra  
hebdomadam requirant, satis sit die Dominicæ confite-  
ri? Cui dubitationi affirmatiū respondendum existi-  
mo cum Soto dñs. 21. quaest. 2. art. 3. Nauar. notab. 19.  
num. 19. Henriquez c. 10. §. 8. Rodriguez §. 1. dub. 5.  
affidente ita viæ vocis oraculo declaratum fuisse ad  
instantiam PP. Societatis Iesu, à Pio V. Sed cum ego  
rem inuestigarem, accepi ab eisdem Societ. P. P. non  
à Pio V. sed à Greg. XIII. hanc declarationem eman-  
se anno Domini 1578, mensis Maii die 10. hanc ratio-  
nem reddente. Quoniam dies Dominicæ habetur pro  
complemento hebdomadæ transactæ, in quo ieiunium  
est, Ita A Costa, & post illum docet etiam hanc sen-  
tentiam Reginald. in praxi, tom. 1. lib. 3. cap. 10. n. 173.  
Villalobos in sum. tom. 1. tr. 26. dub. 11. n. 17. Sanctarellus  
de Iubilao, cap. 6. dub. 1. Bonacina de Sacram. dñs. 6. g. 1.  
panet. 5. n. 34. S. ver. Indulgencia, n. 13. Vega in summ.  
tom. 2. cap. 7. cas. 5. & nosfer P. Molles. in sum. tom. 1. c. 16.  
tr. 7. n. 43. & ita etiam multi viri docti nostra Religio-  
nis, & Societatis Iesu, à me de hac re consulti.

## RESOL. XL.

*Qui in die Sabbathi accessit ad confitendum, sed ob angu-  
stiam temporis Confessarius dislitus confessionem pos-  
translatum Iubilium; queritur, an possit absoluī à cof-  
fibus resveratis post tempus elapsi Iubilai communi-  
care?*  
Ex part. 3. tract. 4. Ref. 146. alias 147.

§. 1. IN tali casu Confessarius poenitentem à confitu-  
tione absoluat, & resverationem casuum, & votorum  
tollat; absolutionem vero à peccatis differat, & folia  
postea elapsi illo Iubilæi spatio, confessionem pecca-  
torum audiat, & poenitentem absoluat, & vota com-  
muter; cum illa peccata, & vota præterita amplius non  
sint resverata. Ita Henriquez lib. 7. cap. 11. n. 1. Sanchez  
de matrim. lib. 8. dñs. 15. num. 17. Emanuel S. ver. Indul-  
gentia, n. 14. & alii.

2. Difficultas est, si talis post elapsum tempus Iu-  
bilæi in nouos casus resveratos inciderit, an poterit ab-  
solvi? hunc casum non apud multos inuenies; amicissi-  
mus Sanctarellus de Iubilao, 8. dub. 7. & Alphon. Leone  
de Iubilao, part. 2. q. 16. num. 189. negatiuam sententiam  
docent;

docent; sed contrariam etiam probabilem esse puto, quoniam nouissime tuncur noſter Sicutius Bartholomaeus à Sancto Fausto, vir quidem doctus *trag. de Iubilæo* lib. 44. cap. 33. quia per illam dilationem intendit Pontificem inducere penitentes ad lucrandum Iubilæum. Sed qui de confusu Confessarij confessionem distulit ad in casu, & censuras referatas incidit, Iubilæum non potest lucrari, quin prius ab illis absolviatur, ergo donec Iubilæum consequatur, Confessarius electus habet potestatem illum à casibus, & censuris referatis absoluendi, ac si tempus Iubilæi non esset elatum; alioquin dicendum est illum, qui Confessario acceptum, deterioriū esse conditionis, quā alios. Et cum Iubilæum sit Principis beneficium nulli praeditale, sine aliquo textu, & valida ratione non est restringendum, hac Faustus probabiliter quidem, ut ipse Sanctarellus, & Leo ubi *sapra* fatentur.

## RESOL. XLI.

*Penitentia, cui ex iusta causa fuit dilata absolviuta post tempus à Iubilæi bullæ definitum, si incidat in novos casus referatos, & nova vota emittat, an possit Confessarius illa absoluere, & hoc commutare? Ex par. 5. tr. 12. Rad. 27.*

Negatuum sententiam docet Sanctarellus de Iubilæo, c. 8. dub. 7. ubi sic ait. Maior difficultas est in causa principio proposito, cui posset aliquis respondere quod cum prævia Confessarij facultate in aliud tempus finito Iubilæo, & duas hebdomadas clapsis, in quibus Iubilæum durat recta fuerit, penitentem non modò à votis & casibus referatis ad ultimum Iubilæi terminum usque communis, sed etiam ad tempus usque, in quo confessio peracta fuerit, absolvi posse. Ratio est, quia in ea facultate concedenda Summus Pontifex intendit fideles ad Iubilæum consequendum inducere, & talis facultas est via ad illius confessionem; sed qui cum Confessarij verba confessionem distulit, & ex fragilitate in peccata & excommunicationes referatas incurrit, Iubilæum non potest percipere, quin primò ab illis absolviatur; donec igitur Iubilæum consecutus fuerit Confessarius quem elegit, potestatem habet illum à peccatis & votis absoluendi, ac si nondum Iubilæi tempus ultra expletum, alioquin dicendum esset illius, qui Confessario morem gessit, deterioriū esse conditionem, quam aliorum, & cum Iubilæum sit Principis beneficium animæ proficiunt, sine aliquo canone & valida ratione non est restringendum id, quod in eis polito non habet locum, verum alia sententia ut veteri, & tunc, est tenenda. Ita Sanctarellus, & post illum Alfonius de Leone de Iubilæo, par. 3.

Sed mihi affirmativa sententia magis placet, quam tunc nouissime Angelus Boſsius de Iubilæo, c. 15. vbi tener præfatum penitentem posse absolvit ab omnibus referatis commissis ante confessionem & abolitionem, & similiiter imperare commutationem votorum, quæ postea emitit; supponimus enim illum nondum obtinuisse Iubilæum, & ex iusta causa dicit à Confessario prærogativam Confessionem, & Iubilæi confessionem; penitentis potest vi Iubilæi absolvit ab omnibus referatis commissis ante Iubilæi confessionem, & similiiter obtainere commutationem votorum, quæ emitit ante eiusdem Iubilæi confessionem, quando facultas absoluendi & commutandi in ordine ad dictam confessionem, & ad allieandos fideli ad præflanda opera productio Iubilæi necessaria concedantur. Quare dum Bulla Iubilæi concedit Confessario electo auctoritatē differendi absolutionem

Tom. IV.

& consecutionem Iubilæi ultra tempus in Bulla praescriptum, concedit etiam prærogationem absoluendi à referatu omnibus commissis ante consecutionem aliqui penitentes, qui obediendo Confessario distulisset consecutionem Iubilæi ultra tempus in Bulla definitum, & ex fragilitate in noua referata incideret, non posset amplius consequi Iubilæum, quod absque prævia absolutione obtinere non posset, & sic ex sua obediencia reportaret damnum, fieretque deterioris conditionis. Confirmatur hæc responsio, nam fauor Iubilæi cum sit beneficium Principis, & animæ favorabilis, est ampliandus, & nullo modo restringendus absque evidenti ratione, ergo, &c.

## RESOL. XLII.

*An aliquando possit quis absoluiri à peccatis referatis commissis post finitum tempus Iubilæi?*  
Et quid de votis, & peccatis commissis intra tempus Iubilæi, quoniam confessio finitur post tempus elapsum?  
Ex p. 11. tr. 2. & Mis. 2. Ref. 54.

§. 1. **A**dhaeret negatiua sententia, Eminentissimus Dominus Cardinalis Lugo de Sacramentum, penitent. disput. 20. scđ. 8. num. 134. cum sequent. Quia igitur ipse, licet propter causam iam incepit prorogetur iurisdictio; non tamen prorogatur alia iurisdictio; sed illa sola, quæ prius concecta fuerat, & ad eadem facienda: prior autem iurisdictio fuerat, ad absoluendum à peccatis, & censuris contractis intra talem tempus, & non ad aliud: ergo si manet eadem iurisdictio manet, ad idem obiectum, nempe ad eadem peccata, & censuras nam si esset ad alia, esset alia iurisdictio de novo acquisita, non eadem prorogata.

2. Confirmatur, & explicatur: quia causam esse incepit, non facit quod propter connexionem, & unionem confessionis possit confessarius absoluere ab aliis peccatis diuersis, eo quod non possit absoluere ab illis prioribus sine iis nouis; sed solum dat ius ad perficiendam eandem solum causam, quæ cepta fuerat, & circa idem. Confessio autem cepta fuerat circa peccata iam commissa, nec potuit incipere confessio, aut iudicium circa nondum commissa, ergo ab illis solum prioribus potest absoluere, ratione causæ incepit. Pone enim postea commissis peccatum heresis, ad cuius absolutionem non dabatur facultas in Iubilæo; poterit itne absoluiri postea ab hoc peccato, quia confessio circa alia cepta fuerat? Nemo id concedet: ergo, neque ab aliis referatis commissis post tempus Iubilæi absoluiri poterit: tam enim referata sunt haec peccata, sicut heresis, cum Pontifex solum abstulerit referacionem eorum, quæ committerentur intra tempus: ergo, sicut non abstatit etiam concomitante referacionem heresis propter connexionem cum aliis, aut propter confessionem incepit; sic nec abstatit referacionem eorum, quæ tempore sequenti committerentur.

3. Concedo tamen, si post ceptam confessionem penitentis commisit alia referata intra tempus Iubilæi: ab illis postea posse absoluiri, quia licet confessio circa illa non fuerit cepta: per Iubilæum tamen acquisitus priuilegium: & ius, ut absoluretur ab omnibus commissis intra illud tempus: sicut postea possent commutari vota, quæ de novo fecit intra illud tempus post commutata alia, & post factam, ac definitam confessionem. Admitto etiam id posse confessarium ceptam confessionem, quam tunc perficerere non potest, relinquere perficiendam ad hebdomadam sequentem: per hoc tamen non poterit acquirere iurisdictionem nouam, aut eam extendere ad id, ad

Sup. hoc in  
Ref. præce-  
rita, & in  
alio §. eius  
not.

O 2 quod